## EUPRAEPIAE ENNODIUS.

Quamuis sepe ingenii mei maciē cognouisses periclitari tam
ieiunia oris solum probati iussionis celeritate uoluisti sed
ego non abnuo oboedire diligenti ut si facundiae deē meritū
gratia subueniat obsequendi. Uariae sunt donorū caelestiū
licet ab uno auctore p̄grediantur species. alium commendat
perfectio alterū insinuat q̄d sine tarditate aliqua uult parere.
Domnae meae cynegiae epytafiū uix una ora habens tractandi
spaciū inelimata uelocitate conposui. uide necessitatē ut illam
tantorū meritorū feminā uerborū saltibus sexplicarem.
parcat sterilitati meae nube dictoris. tum domina epistolam
p̄sentiae meae uice conplectens. ora ut spiritus illius scabridis
nequaquā ledatur officiis. EPYTAFIUM.

Nil sexus nec busta nocent nil fila sororum.
Ultima fallaci pollice quae tenuant.
Mixta dō mulier uiuit post funera factis.
Mascula feminae utramque gesta ferens.
Sanguis honor genius probitas constantia uultus.
Uicerunt tantis eximium praemiis.
Moribus adseruit magnorum stemma parentum.
Iudicium generis mens cui clara fuit.
Instituit tantos uitam seruare serenam.
Dum docet exemplis semper amare dm̄.

## UERBA TETIDIS CUM ACILLEM UIDERET EXTINCTŪ

Inceptaē pio quaesita fraus materna consilio inuenerunt
acillem nr̄m fata et ab aliena natura subreptum nec profuit
quod sexum quē ei origo dederat astutia conmutauit feminā.
diuturnitate n̄ didicit et uiri fortis animū mollis consetudo
seruauit. quis credat in efficacem fuisse prouisionē quā
et dea et mater inuenit. Non est p̄miū inmortalitas quam
nec genetrix transmittit ad sobulem. nec per eā quod filiū
casibus furetur occurret. ut nūquā doloribus subducamur

/. uenerabilis anima accipiens p̄semat dictionis studium sine

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0231